



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

Liber Secvndvs. De Insulis Britannicis secundùm veteres.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

LIBER SECUNDVS.

De Insulis Britannicis secundum veteres.

BRITANNICAS Antiqui vocauerunt Insulas illas omnes quæ supra Europam, in Septentrionem vergunt teste Plinio. Eas plerique veterum reuocauerunt in dubium; multi nouum orbem dixerunt: vnde Maro,

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Et Claudianus: — *Nostro diducta Britannia mundo.*

Porrò in tres partes commodè diuidi possunt: Albionem, Hiberniam, & Minores Insulas.

CAPVT PRIMVM.

De Albione.

ITA dicitur Britannicarum maxima, de qua nobis octo consideranda sunt.

§. 1. *Nomina Britannia.*

Primum, Ortelius putat esse dictam CASSITERAM, vnde reliquæ *Cassiterides*, quoniam plumbi feraces erant.

Secundum, BRITANNIA: de cuius etymologia variaz opiniones: quarum certissima, eam deducit à voce Britannica *Breith*, quæ coloratum sonat, quia indigenæ sua corpora inficiebant *Glasto*.

Tertium, BRITANNIA MAIOR, quo vtitur in suo Almagesto Ptolemæus.

Quartum, ALBION vel ab Albione Neptuni filio, vel à Græco *ἄλφον*; quoniam candicantibus rupibus ferè vndequaque præcingitur.

§. 2. *Quantitas & figura Britannia.*

EAM Triquetram fecerunt omnes qui à Galliâ reuulsere, cui

Y

aliqui veterum eam alligabant, alij ab eâ separatam æstu maris credebant.

Longitudo eius Straboni est 4300. vel 4400. Stadiorum. Marciano Heracleotæ 5225. Cæsari 800. M. P. Solino 880. M. P. Xiphilino ex Dione 7132. Stadiorum. Diodoro Siculo 20000. Stadiorum.

Latitudo Plinio & Agrippæ 300. M. P. Xiphilino minima 300. Stadiorum, maxima 2310. Heracleotæ 3083. Cæsari D. M. P. Diodoro 7500. Stadiorum.

Circuitus Cæsari 2000. M. P. Pythæ & Isidoro apud Plinium 3825. M. P. Solino 4875. M. P. Diodoro 42500. Stadiorum.

§. 3. *Qualitas Britannia.*

IN ea considerantur fertilitas, & merces.

FERTILITAS. Terra erat ad eò frugum ferax, vt tempore Iuliani Galliam & Germaniam penè alucrit; ita Zosimus & Marcellinus. Quamquam enim ex climate sit frigidior, nihilominus etiam veteres temperatiorem experti sunt; siue tepor existeret ex circumposito mari vt vult Minutius Felix, siue cum Tacito causam in humorem cæli, atque soli refundamus.

MERCES autem exportabantur ex Britannia.

1. *Metalla* omnis generis si æs eximias: hoc est Aurum, Argentum, Ferrum, & Stannum optimum.

2. *Pelles*, ob venationes in quibus toti erant indigenæ.

3. *Mancipia* proceræ staturæ, sed pedibus malè suffultis. Strabo.

4. *Canes venatici* quos *Agasseos* vocabant: qui etiam hodie teste Camdeno nomen retinent *Agasse-hound*.

5. *Gemmæ*, & *Margaritæ*, Indicis tantum inferiores. *Gagates* idem quem lithanthracem esse suspicatur Agricola.

§. 4. *Mores Britannorum.*

CUM conflati essent ex multis populis qui aliàs in eam confluxerant, vt putat Tacitus, non est mirum diuersos in eis extitisse mores.

VESTES aut pelliceas gerebant, aut nullas. Inficiebant enim sua corpora vitreo colore, seu vitro, hoc est Glasto, vnde caru-

leus color existerat. Hoc autem colore pingebant in suo corpore diuersas belluarum formas, quas etiam plerumq; ferro exarabant. Solabant & ceruicem ventremque ferro præcingere, capillum nutrire, barbam radere præter labrum superius.

CIBVS. Agros non colebant, sed eis victum terra inculta, aut venatio sufficiebant: Nunquam gustabant pisces. Consciebant & cibi genus, cuius si quis gustasset ad fabæ magnitudinem, nec esuriebat, nec sitiebat ad multos dies.

POTVS ex hordeo, *Cumi* vocat Dioscorides, hodie voce leuiter inflexa Britannicè *Κυμινου*.

PECVNIAE. Vtebantur nummo æreo, aut anulis ferreis ad certum pondus examinatis, ita Cæsar. Nam ferrum instar auri habent, inquit *Diodorus*.

DOMVS. Habuere tentoria, & casas in nemoribus extructas. *Strabo*. Pro oppidis sylvas impeditas, vallo & fossa munitas, in circulum dissectis arboribus. Tamen ad mare crebra ædificia & Gallicis similia visebantur, ob colonias ex Belgica emissas. *Cæsar*.

NYPTIAE. Vxores habebant deni, duodenique communes maximè fratres, & affines: *Cæsar*, *Xiphilinus*. Imò & plures vnam *Eusebius* 6. de præp. Euang. Vxoribus palam miscebantur. *Dio*.

BELLVM. Pugnacissimi erant, *Herodianus*, arma eorum gladius breuis, clypeus, & hasta, *idem Herod.* pugiones tantum eis tribuit *Xiphil.* ad inferiorem hastæ partem pomum affigunt ex ære cuius sonitu terrent hostes, *idem Xiphil.* Pugnabant ex curribus quos Couinos vocabant; *Cæsar*, *Mela*, *Strabo*: pugnabant tantum ex insidiis. Macris utebantur equis, sed velocissimis, ipsique pedites expeditissimi: victores autem auidissimi cædis, *Dio*.

§i 5. Politia Britannorum.

ANTE aduentum Cæsar nullius aduenæ iugum subierant, *Diodorus*. Quod tamen de Gallis intelligendum non est: nam tempore Cæsar Diuitiacus Rex Sueffionum hinc rerum potiebatur. Reges autem suos habebant, & plerumque Reginas.

Itaque Cæsar primus Romanorum eos subegit, imò ait *Tacitus* potiùs indicauit quàm tradidit Britanniam. Sub Nerone durius habiti multos Ro. conciderunt, *Buduicâ* Regina ducente ordines: repressi sunt tamen per *Suetonium Paulinum*. De his

egit triumphum magnificum Claudius. Sub Domitiano, Agricola totam terruit aut vicit. Hadrianus Barbaros primus muro submouit. Sub Antonino Pio per Lollium iterū deuicti, & nouus excitatus est murus. Seuerus motibus renouatis multos cecidit, multos ex suis perdidit, & tandem murum excitauit qui adhuc nomen eius seruat. Turbati sæpe temporibus Diocletiani, Iuliani, Valentiniani. Sub Gratiano fortiter à Maximo defensi; item & sub Honorio à Stilicone: sed ab eodem Honorio sibi consulere iussi. Aëtius tamen iis opem aliquam attulit. Demum sub Theodosio iuniore legionibus ad tutelam Galliæ euocatis, Pictorum & Scottorum crudelitati expositi sunt. Quapropter ab indigenis euocati in auxilium Saxones, qui ex hospitiibus domini facti sunt, vnde exortum est Anglorum Imperium, de quo agemus in recenti diuisione.

§. 6. Religio Britannorum.

DVAS maximè colebant Deas *Adraffen*, seu *Andraffen* quæ fortè eadem est cum *Adraistiâ* Græcorum, quo nomine dicebatur Nemesis. Alteram *Andaten* quæ victoria est, *Dio*. Coluere & Mineruam vt vult *Solinus*.

De eorum cerimoniis quatuor habemus. *Primum* captiuo cruore aras adoleuisse. *Secundum* hominum fibris Deos consulere, ita *Tacitus*. *Tertium* religioni duxisse gustare leporem & anserem, hoc tamen extremum negat *Plinius*. *Quartum* habuisse communes cum Gallis Sacerdotes, nempe *Druydæ*, per quos in Galliam translata religio, *Cæsar*. Certè ij *Druydæ* in Mona insulâ ad *Vespasiani* tempora perdurarunt.

§. 7. Lingua Britannorum.

SERMO fuit Britannis, Gallisque communis *Tacitus*. Quod colligitur ex vocibus Britannicæ linguæ quæ adhuc in Vallia viget. Apud Gallos Iuppiter Tonans dicitur *Taramis*, Britannicè *Taran* Tonare est. *Caterua* & *Cataya* voces Gallicæ sunt, *Kad* Britannis bellum sonat. *Corinum* vehiculi Belgici genus *Kouain* illis est curru vehere. *Armoricæ* ciuitates, & *Morini* à mari nomen habuere *Ar-Mor*, ad mare significat. Sed clarissimum istud *Aufonij*,

Deuona Celtaarum linguâ fens addite Diuis.

At Britannicè *Diuv Deum*, *Vvona* fontem sonat. Huc spectant & maiorum Galliaè Fluminum nomina Garumna Fl. rapidus, Britannicè *Garun* rapidus: Araris lentus, *Arar* lentum significat: Rhodanus incitatissimus, Britannicè *Rhedec* velociter currere est.

CAPVT II.

De Hibernia.

IN ea quinque excutienda sunt.

§. I. *Nomina Hibernia.*

PRIMUM est *Hiera* à voce Hibernicâ *Hiere* quæ Occidentem significat: aliæ itaque etymologiæ ridiculæ sunt. Malè ergo Festus Auienus putans vocem esse Græcam appellauit *Sacram*.

SECUNDVM *Iris* apud Diodorum Sic. & verò nunc ab indigenis *Exim* dicitur.

TERTIVM *Ierne* quo Strabo, Claudianus, & alij vtuntur.

QUARTVM *Iuerna* quod apud Solinum, Melam, & Iuuenalem legitur.

QVINTVM *parua Britannia*; sic eam nominauit Ptolemæus in *Almagesto*.

SEXTVM denique *Hibernia*, quo Cæsar, Ptolemæus in suâ *Geographiâ*, & alij passim vti.

§. 2. *Quantitas Hibernia.*

EI duplo minor extensio quàm Britannia à *Cæsare* tribuitur: *Solinus* ait proximare longitudine Britanniaè, *Pomponius* vtramque parem malè crediderunt.

LONGITVDO apud Plinium ex computo Agrippæ VI. c. P. M. tribuitur. Ptolemæo 2560. Stadiorum, seu 320. P. Millium: Martiano Heracleotæ denique 1834. Stadiorum.

LATITVDO Plinio est ccc. M. P. Ptolemæo 2060. Stadiorum, Heracleotæ 1834.

§. 3. *Qualitas Hibernia.*

FERTILITAS ei denegatur à Pomponio Mela, propter cælum ad maturanda femina iniquum; sed herbarum luxuries tanta tribuitur, vt hîc peccora rumpantur nisi prohibeantur pastu: quod æstate tantùm contingere, ait Solinus.

PROPRIETAS huius insulæ triplex, 1. Quòd hîc nullus nascatur anguis. 2. Quòd hîc aues raræ. 3. Quòd in eâ Apis nusquam videatur, imò indidem elatus puluis aut lapilli apes abigant ex alueariis.

§. 4. *Mores Hibernorum.*

1. *Crudeles* ab omnibus depinguntur: Gens inhospita, sanguine interemptorum priùs hausto vultus suos oblitit, *Solinus*.

2. *Pugnaces*: quare fœmina enixa marem primum cibum infert in os paruuli, mucrone mariti sui, optatque vt inter arma tantùm oppetat. Item omnis virorum gloria in armorum nitore. *Idem Solinus*.

3. *Turpissimi*, vt potè qui palam cum fœminis miscerentur, imò & cum fororibus, & matribus, *Strabo*.

4. Denique *impj*: Fas & nefas eodem animo ducunt; *Solinus*. Omnium virtutum ignari, & pietatis admodum expertes. *Mela*.

§. 5. *Politia Hibernorum.*

CREDIDERE aliqui Hiberniam venisse in potestatem Romanorum propter istud Iuuenalis,

— *Arma quid*

Vltra littore Iuerna promouimus?

Et Panegyristam Constantio dicentem recuperatam ab eo Britanniam, & omnes nationes terminis huius insulæ cohærentes; sed eas nunquam vidisse Ro. probabilius videtur: nam Iuuenalis de Orcadibus loquitur suo tempore domitis; Panegyricus omnia more suo amplificat. Sanè sub Domitiano, Agricola Regem huius insulæ detinuit intentus in occasionem eius regionis inuadendæ. Sub Honorio autem Imperatore occupata fuit à Scotis, quòd spectat illud Claudiani,

Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne.

CAPVT III.

Minores Insulae Britannicae.

PRÆCIPVÆ sunt vtraque Mona, Ebudæ, Orcades, Thule.

§. 1. *Vtraque Mona.*

MONA cuius meminit Tacitus in vita Agricola, freto tantum à Britannia dirimitur, si quidem ad eam Agricola, ut ante eum Suetonius Paulinus, sine nauibus suas copias traiecerunt. Druidum hinc luci per Suetonium victorem succisi. Hodie dicitur *Anglesey*, & male cum sequenti confunditur.

Mona altera medio cursu inter Britanniam, & Hiberniam à Cesare constituitur: Plinij *Menapia* est, forte quasi *Monapia*; Bedæ & Orofio *Menauia*, Ptolemæo *Monada*; hodie *Menau*, & Britannicè *Moncitha*, quasi Mona remotior appellatur.

§. 2. *Ebudæ.*

EBUDÆ à Ptolemæo dicuntur; *Ebudæ* Stephano; *Hebudes* Plinio; *Betorica* Æthico; *Euonia* seu *Ebonia* Gildæ Sipienti. *Hybridæ* ab Antiquis dictas, ait Mercator, sed cum auctores non laudet, credunt aliqui in prauum codicem Plinij incidisse, ubi *Hybrides* pro *Hebudes*, legeretur. Giraldus *Inchades*, & *Leucades* dictas olim credit, sed quorum fide subnixus? Hodie *Occidentales* dicuntur, aut *Hybrides*, inquit Buchananus.

De earum Rege singularia leges apud Solinum cap. 25. *Ille nihil proprium habet ne quidem feminam, & ne ad auaritiam diuertat, discit paupertate iustitiam.*

Quod ad numerum attinet, Solinus, Ptolemæus & alij quinque duntaxat appellant; Plinius triginta, utique veritati conuenientiùs.

§. 3. *Orcades.*

AB Agricola primùm domitæ sunt, non à Claudio, ut quidam fabulati sunt. De iis sic Solinus cap. 25. *Vacant homine, non ha-*

bent sylvas, tantùm iuncea herbis inhorrescunt, &c.

Circiter triginta dicuntur à Ptolemæo; Plinius & Martianus Capella quadraginta numerant; Iornandes 35. Isidorus 83. Solinus denique tres, sed in eius codicem mendum irrepsisse putant eruditi, pro triginta.

Earum præcipuam, & maximam dictam esse olim Pomonam asserunt Buchananus, & Boëtius; Camdenus apud Solinum Pomonam Diutinam dici putat; sed fortè Camdenus incidit in alium à nostris Codicem; absit enim ut tantum virum tam turpiter lapsum suspicemur.

Porro labante Imperio sub Honorio in eas sese Saxones innuauere, licet hinc superatos innuat Claudianus.

— *maduerunt Saxone fuso*

Orcades.

§. 4. *Thule.*

Sic enim dicenda est non *Thyle*, ut rectè ostendit in suâ Germaniâ Cluuerius, malè apud Æthicum dicta *Tilla*, & *Tila*.

Ita nominatam vult Isidorus à *Sole*; Suidas à Rege Ægyptio; alij à voce Arabica *Tule* quæ significat *procul*; alij denique à Saxo-nixo nomine *Tell* limes, quoniam hæc *limes Septentrionis* erat.

De eâ habet aliqua Solinus cap. 25. & eius incolis: sed plura Procopius lib. 2. de bello Gothico, at quæ Scandiæ potiùs aptanda sunt, ut postea ostendemus.

Sed quid hodie Thule? quæstio perdifficilis, & quæ scriptores in tres opiniones distraxit.

Prima credit esse Scandiam; sic Ortelius, quia quæcumque dicuntur de Thule à Procopio loco suprâ laudato, ei regioni quadrant: fauere videtur, & nomen; siquidem pars huius regionis dicitur in præsentia *Tillemark*.

Secunda est Philippi Cluuerij, cuius est illa ratiocinatio. Thule est illa insula quam attingit Polaris Arcticus ut iam loquimur, seu ut loquuntur veteres Arcticus eorum qui degunt sub Tropico Cancris, talis est *Islandia* insula, igitur *Islandia* est Thule veterum. Assumptio liquet ex tabulis; propositio est Plinij lib. 4. cap. 16. Solini cap. 25. Melæ lib. 3. Cleomedis cap. 7. lib. 1.

Tertia est Camdeni, qui *Schetlandiam* esse arbitratur; tum quia situs huius insulæ Ptolemæico Thulensi respondet, & littus *Bergarum*

garum respicit, ut vult Pomponius Mela, hoc est *Bergen* emporium Noruegiæ è Regione Schetlandiæ: tum quia nomen planè concinit, nam ab omnibus nautis Germanis, & Britannis, qui voces hæreditarias à maioribus accipiunt, dicitur etiamnum *Thylinsell*.

De hac insulâ multa olim fabulosè scripta: quæ causa fuit quòd ut quidam veterum eam esse negarunt.

CAPVT IV.

Albionis Citerioris seu Romanæ diuisio.

ITA dicebatur quod cis Murum sita esset de quo pòstagemus, quo Romani ditionem suam ab hostico disiunxerant, & totum *Angliæ Regnum hodiernum* continebat.

Citerioris Albionis pars superior.

HODIE est Vallia tota, & Angliæ vniuersa præter partem Septentrionalem.

§. I. *De Britannia prima: sic appellata est quòd Romani in eam priùs arma intulissent.*

| | | |
|--------------------------------|---|---|
| CANTII le Comté de Kent. | } | DVROVERNVM: <i>Cantorbry</i> , aliter Durobernium Bedæ. |
| | | Dubris: <i>Douure</i> . |
| | | Rhutupiæ, seu Rhutupis: <i>Richborouu</i> . |
| | | Durobreuis: <i>Rocheſter</i> , aliter Durobriua & Durobrus. |
| | | Durolenum: <i>Lenham</i> |
| INSV- LÆ | } | Toliapis ad Tameſis ostium: <i>Sheppye</i> . |
| | | Thanatos: <i>Thaney</i> , seu <i>Tanet</i> . |

| | | |
|---|---|---|
| REGNI les Comtez d'Es- sex & de Surrey. | } | NEOMÆVS, seu Nouiomagus: <i>Foodcotte</i> . |
| | | Othona: <i>Hastingz</i> . |
| | | Portus Adurni: <i>Edirington</i> . |

| | | |
|-------|---|---|
| BELGÆ | } | AQVÆ CALIDÆ, seu solis Aquæ: <i>Bathe</i> , seu <i>Caer-Badon</i> . |
|-------|---|---|

pag. 130 Videa seuclom

Z

DE BRITANNIA,
ALBIONIS DIVISIO.

| | | | | | | |
|--------|-------------|---|--------------|----------|---|---|
| AL- | CITE- | } | BRITANNIA | PRIMA. | } | Cantij. Regni: Belgæ. Atrebatij. Durotriges. Damnonij. |
| BI- | RIOR | | | | | |
| ON. | SEV | } | BRITANNIA | SECUNDA. | } | Silures. Dimetæ. Ordouices. |
| SEV | MERI- | | | | | |
| MA- | DIO- | } | FLAVIA | } | Trinobantes. Iceni. | |
| XI- | NA- | | | | | |
| MA | LIS, | } | GÆSA- | } | Catyeucleni. Dobuni. | |
| BRI- | SEV | | | | | |
| TAN- | ROMA- | } | MAXIMA | } | Parifini. Brigantes. | |
| NI- | NA. | | | | | |
| CA- | | } | CÆSARIENSIS. | } | Ottadini vbi & Tres Muri. | |
| AVM: | VLTERIOR | | | | | |
| aliter | feu | } | VETTVRIO- | } | Orestæ. Selgouæ. Nouantes. Dammij. Ladeni. | |
| BRI- | SEPTENTRIO- | | | | | |
| TAN- | NALIS, | } | CALEDO- | } | Galedonij. Epidij. Crecones. Carnouancæ. | |
| NIA | feu | | | | | |
| MA- | BARBARA. | } | NII. | } | <i>Et reliqui de quibus agemus capite sex- to §. 2.</i> | |
| IOR. | | | | | | |

DE BRITANNIA,

les Comtez de Sommeset, Wilton & Southampton. } Sorbiodurum, & Sarriodurum: *Sarisbury*, quam dicimus *Salisbury*.
 Theodorunum: *Velles* à Fontibus.
 Ellandunum: *Wilton* ex actis publicis.
 Vindonum Segontiacorum: *Silcester* Brit. *Caer-Segot*.
 Venta Belgarum: *Vincester*.
 Portus Magnus: *Portsmouth* in insulâ.
 VECTIS INS. seu Vecta, & Vectesis, & Ictis Diodoro, fortè & Mictis Timæi: *Vvigh*.

ATTREBATHI } Galeua Atrebatum: *Vallenfort*, Galaua dicta, le Comté de Bark. } & Galena.

DVROTRIGES } DVRNIVM, seu Dunium: *Dorchester*. Comté de Dorchester. } Vindogladia à duobus Fl. *Vinburn-minster*.

DAMNONII } Isea vel Ifaca: *Excester*. les Comtez de Cornouaille & Devonster. } Voluba, seu Volcha: *Falmouth*, seu *Volemouth*.
 Damnonium Pro. seu Ocrinum: *Le zard-poinct*.
 Bolerium seu Anciuestaum: *la pointe de Cornouaille*.
 SILVRVM INS. fortè & Cassiterides, & Hesperides. *Les Sorlingues*: aliter *de Silly*.

§. 2. De Britannia Secunda. Ita dicta quòd posterius subiugata esset à Romanis.

SILVRES } ISCA seu Legio secunda: *Caer-Leon*. Venta Silurum: *Clepstoun*. Bouium apud Anto. malè Bomium: *Couubrige*. Nidum: *Neath*. les Comtez de Monmouth, Brechnok, Hertford, Radnor, Glamorgan. } Burium: *Vske*, Anglis, Britannis, *Brunebegie*.
 Gobannium: *Aber-Geuenny*, vel *Aber-Genny*.
 Louentium: *Brechnok*, ex situ putatur esse.
 Ariconium prope Hertford: alij ad Sabrinam ad *Kenchester*.
 Buleum Silurum: *Buelth*.
 Magos, aut Magos, incolæ Magosata: *Radner*.
 Sabrina, seu Sabriana æstuarium, Anglis *Seuarne*, Brit. *Haffren*, Gallis *Sauern*.

| | | |
|--|---|---|
| DIMETÆ | } | MARIDVNVM: <i>Caermarden</i> , aliis <i>Caremardin</i> . |
| | | Lymnos Insula, seu Selymnos deserta, postea Lymencia; Anglicè <i>Ramsay</i> , Brit. <i>Lymen</i> . |
| <i>les Comtez de Cardigan, Penbrok, Caermarden.</i> | | Louentinum: <i>Castrum nouum</i> , antea <i>Elmelin</i> . |
| | | Tuberouius Fl. seu Tuberobis, hodie Tibius: <i>Tiuy</i> vel <i>Tine</i> . |
| | | Ostropitarum Pro. aliter postea Verginium aut Virgiuium vnde mari nomen: <i>Dauids-land</i> , vel <i>la pointe de S. Deny</i> . |
| ORDO- | } | SECONTIVM: <i>perit ad ostium Fl. Seiont</i> . |
| VICES | | Dictum: Anglicè <i>Ganoc</i> , Brit. <i>Diganuuey</i> . |
| | | Mediolanium: <i>Lantuetlin</i> , aliàs <i>Lantmetlin</i> , aut <i>Lantmedlin</i> . |
| | | Varis: <i>Boduari</i> , hoc est <i>Mansio Vari</i> . |
| | | Maglona: <i>Machenith</i> , aliter <i>Macheneth</i> . |
| | | Couonium vel Conouium: <i>Alber-Conuey</i> , hic Fl. Couonius Ptolemæo est Tæsonius, malè. |
| <i>les Comtez de Flint, Denbig, Caeruarnon, Merioneth, & Montgomery.</i> | | Seteia æstuarium: <i>Dee-mouth</i> , nobis <i>Bouche-Dee</i> . |
| | | Canganorum Promontorium, aliter Canganum, Ianganum & Langanum, Tacito Cangorum tractus videtur: hodie <i>la pointe de Lhein</i> , Britannicè <i>Canigton</i> . |
| | | HEDROS Insula deserta Ptolemæo, sed malè Hiberniæ applicita: Andros Plinij quibusdam est: Andium sanè Antonini: Britannicè hodie <i>Inis-Adorauium</i> Insula, Anglicè <i>Berdsfy</i> quod idem sonat. Dicitur tamen & Britannicè <i>Enthli</i> . |

§. 3. De Flauia Casariensi. Hac antea pars erat Maxima Casariensis: nomen accepit à Flauio Theodosio Imperatore, filio Theodosij qui hinc rem egregiè gessit.

| | | |
|---|---|--|
| TRINO- | } | LONDINIUM, & Landonium Col. Ro. <i>Londres</i> . |
| BANTES | | Camelodunum, seu Camulodunum: <i>Maldon</i> . |
| <i>Comtez de Middeſex, & Eſſex.</i> | | Colonia: <i>Colceſter</i> , patria Helenæ quibusdam. |
| | | Tameſis æſtuarium: <i>la bouche de Tamise</i> . |

ICENI

Comitez de
Suffolk,
Norfolk,
Cambrige,
&
Hondington.

VENTA Icenorum: *Caster*.
Durobriua: *Donnehan*, vel *Dorme-Caster*.
Gariiononum, hoc est ostium Garienis: *Yarmouth*.
Extensio Ἐξοχή: *Easton*, Brit. *Eisteny*.
Combretonium: *Breiteham*.
Sittomagus: *Thesford*.
Villa-Faufstini: *Edmond-Bury*.
Camboriturum: *Cambrige*.
Metaris astuarium: *The-Vvashes*, Brit. *Maltraith*.

CATYEV-

CLANI

Comitez de
Bukingan,
& d'Herifort.

VROLAMIVM & Verolamium: *S. Albans*. Cam-
denus putat dici *Verlamceaster* viculum.
Pontes: *Colebroke*, vbi Fl. Colne quatuor pontibus
iungitur.
Laetodorum: *Bedfort*, Brit. *Lettidur*, diuerforium
vtrâque linguâ.
Isanauaria: *Passaham*, vel *Stonisstrasford*.
Durocobriua: *Hertford*, hoc est rubrum vadum.

DOBVNI

Comitez
d'Oxford, &
Glocestre.

CLEVVM vel Gleuum: *Glocester*.
Corinium vel Durocornouium: *Circester*.
Traiectus: *Augst* viculus.
Oxonium, *Oxford*, irrepit in Tabulas Antiquas, est
enim nomen recens.

CORNA-
VII

Varuik,
Vorchester,
Stasford,
Shropp,
Chester.

DIVANA seu Deua, & Deunaua: *Chester*.
Manduessedum: *Mancester*.
Condate: *Congleton*.
Præsidium: *Varuik*, Britan. *Guarth*.
Pennocrucium: *Penkrige*, ad Fl. *Penkus*.

CORITA-
NI

Northanton,
Lincester,
Rotland,
Lincolne,
Nottingham,
Darby.

LINDVM, Lindecolenum Bedæ: *Lincolne*.
Rata seu Raga: *Lincester*, aut *Ratby* viculus.
Antona Taciti, fortè Antonini Bennauenta, vel
Pennauenta: *Nortampton*.
Crococalaria: *Ancester*.

§. 4. De Maxima Casariensi. Hæc dicta Maxima, quia olim plurimum regionis obtinebat.

| | |
|---|--|
| <p>PARISI</p> <p><i>East-Riding, partie du Comté d'Torch.</i></p> | <p>PETVARIA Pariforum: <i>Beuerley.</i> Prætorium: <i>Patrington.</i> Alij confundunt cum superiori. Portuosus Sinus, seu salutaris <i>εὐλίμενος</i>, Gabrantuicorum, hoc est Caprariorum, quia <i>Gaffran</i> Capra: hodie <i>Suerby.</i> Abus Fl. seu Abubus, Vmber Bedæ: vulgò <i>Humber.</i>, aut <i>Humbro.</i></p> |
| <p>BRIGANTES</p> <p><i>la plus grande partie du Comté d'Torch, Euesché de Dunelme, Lanclastre, Vestmorland, Cumberland.</i></p> | <p>EBORACVM, seu Eburacum & Brigantium: <i>Torch.</i> Bellifamæ æstuarium: <i>Ribel.</i> Ribodunum vel Regodunú Ptol. fortè Antonini Bremetonacum; Not. Bremeturacú: <i>Riblechester.</i> Danum: <i>Dancafter.</i> Olicana malè creditur <i>Alfax</i>, hæc enim recens. Catarractum fortè Ant. Curractionium: <i>Catarricke</i>, vicus. Mancuuium, seu Manucium: <i>Mancester.</i> Alone, seu Alione: <i>Lanclastre</i> fortè. Moricambe æstuarium: <i>la Baye de Kirby.</i> Cambodunum malè apud Ptol. Camulodunum: Bedæ Campodunum: <i>Almond-Bury.</i> Arbeia: <i>Ierby.</i> Luguuallum, seu Luguballium fortè Ad vallum Antonini: <i>Carlile</i> vulgò creditur ex situ.</p> |

§. 5. De Valentia. Sic dicta per Theodosium patrem Theodosij Augusti in gratiam Imperatoris Valentini.

| | |
|-----------------|---|
| <p>OTTADINI</p> | <p>AXELODVNUM omnium iudicio: <i>Hexham.</i> Curia Ottadinorum: <i>Cordbrige.</i> Vindomora hoc est finis Muri, aliter Vindobala: <i>Val-sen</i> prope Nouum Castrum. Tunocellum: <i>Tinmouth.</i> Morstopitum, aliter Corstopitum: <i>Morspit.</i></p> |
|-----------------|---|

Le Comté de Northumbeland. } Brumerium, vel Bremerium: *Brampton.*
 } Tauus Fl. *Tuude.*
 } Borcouicus: *Baruik.*
 } Pons Ælij, videlicet Hadriani: *Ponteland.*

MVRVS } MVRVS HADRIANI per 80. M. P. perductus, vbi
 Ditionem Romanam ab Hostico & Barbarico solo dirimentes. } postea Carausius tempore Diocletiani nouum re-
 } ædificauit septem Castellis munitum inter Cludi, &
 } Caruni Fluiuiorum ostia. Visuntur reliquix in agro
 } Sterlingensi.
 } MVRVS ANTONINI PII, situm fuisse docet Cam-
 } denus iuxta urbem Brumeriam ex antiquâ Tabulâ
 } Britannix.
 } MVRVS SEVERI, qui durauit subinde reparatus vs-
 } que ad Valentinianum tertium; tunc enim à Gal-
 } lione lapide vestitus tubulis æneis insertis. Hodie
 } ab indigenis dicitur *Kece-val*, murus Custodiæ, &
 } *Pehiz-val*, Murus Picticus, Britannicè *Mur-Seuer.*

CAPVT QVINTVM.

Albionis Vterioris, seu Barbaræ, & Septentrionalis diuisio.

§. 1. *Vetturiones, in quorum regione postea Picti.*

HORESTÆ } Trimontium: *Atterich.*
Eskedal, Eusdal, Liddal. } Itunæ æstuarium, *le Golphe de Soluay.*

SELGOVÆ } Corda Selgouarum, *Cunnoth castrum.*
Niddefdal, Anandal. } Carbantorigum *Carlouroth*, castrum.

NOVANTES. } *Galua* } Lucopibia, seu Casa Cãdida *Vwithern.*
Karrike, Koyl, Cuningham } Retigionium, *Bargeni.*

DAMNII } Petra ad Glottam: *Glasco.*
Sterling, } Victoria: *Abernethy.*
Mentheith, } Lindum: *Lithzuo.*
Chydesdale, } Alauna: *Alannay vicus.*
Srathern. } Glottæ æstuarium: *Golphe de Dumbrtaine.*
 } Æstuar. Bodotria, seu Boderia: *Golphe de Fortna, ou*
 } *d'Edimbourg.*

LA-

LADENI. *Louthiane.* } CASTRUM ALATVM: *Edimbourg.*
Les Marches. Tifedal. } *Colania: Coludi.*

§. 2. *Caledonij, quorum regionem inuaserunt postea Scoti,*
Pictorum domitores.

CALEDONII PROPRIE DICTI. } *Caledonia, Dunkeledon.*
Braid-Albin, Ashol, Argile.

EPIDII. *Cantyr, Lorne,* } *Epidium Promontorium, la pointe de*
Loquabrie. } *Cantyr.*

CREONES pars *Skirassin,* Comitatus in *Rossia* } *Volsæ: Foyles.*

CERONES pars *Skirassin* Comitatus } *Fluuius Itys: la Brune.*

CARNOVANCÆ } *Orcas, seu Taruisium Promontorium, vul-*
 pars *Occid. Nauern.* } *gò, la pointe de Torfury.*

CORNABII pars } *Viruedrum Pro. le Cap de Vrach, ou de Ferd.*
Oriental. Nauern. } *Berunium Pro. la pointe de Dunesby, ou de Boers.*

CARINI, seu CATINI, quorum nomen remanet in *prouincia*
Cathnés.

MERTÆ *Suterland* } *Vara æstuarium, le Golphe de Tain.*

CANTÆ pars *Orientalis* } *Littus Altum, hodie Tarbart, quæ*
Armanoth in Rossia. } *vox littus humile sonat Britannicè.*

LVGI pars *Occidentalis* } *Tuesis æstuarium, le Golphe de Murray,*
Armanoth. } *Et le Lac & Fl. de Nissa.*

VACOMAGI *Murray* } *Banatia, Bean, non Badgenoth.*

TAXALI, seu TÆZALI } *Deuana: Aberdonne la vieille.*
Bucquhay, & Marr. } *Tax zalum Pro. la pointe de Bucquhay*

VERNICONES *Fiffa,* } *Orrhea, seu Orrea: Forfair.*
Perth, Angus, Mernis. } *Alectum, aliter Taodunum: Dunzee.*

CAPVT VI.

Minorum Britannicarum diuifio.

§. 1. *Hibernia. Dicta est aliter Ierne, Iera, Iris & Britannia minor, ut pramonuimus & in ea numerantur ab Antiquis sequentes populi.*

- IBERNI, seu Vterini: { Iuernis: *Dunkeran.*
pars *Corke & Desmond.* } Iuernis Fluuius: *Maire.*
- GANGANI seu Concani { Duris Fluuius: *Trayle.*
Kerry, & pars Lymmerik. } Sinci æstuarium: *la Bouche de Schenon.*
- AVTERI: *Clare, & pars* } Aufoba Fl. *la Bouche de Galuway.*
Galuway: Letrim.
- NAGNAT Æ *Slego:* { Nagnata: *Slego, aut Maya.*
Maya: Roscomam: pars } Bauium Fl. *Banny, Ultonix & Connacix*
Galuway. } limes.
- VENICNII { Venicnium Prom. *la pointe de Kamez.*
pars *Dungall.* } Boreum Pro. *le Cap. Enis: aliis le Cap. S. Helene.*
} Vidua Fl. *Dirg.*
- DARNI pars Comitatus *Dungall.*
- ROBOGDII { Robogdium Pro. *Faire-Foreland.*
pars Comitatus } Argita Fl. *le Ban.*
Dungall: Tiron: } Vinderius Fl. *la Baye de Knocfergus.*
Colrane: Antrim. } Ricnea Inf. seu Ricina & Riduna: *Raclynes.*
- ERDINI *Caouon: Fermanach* { Riglis: *le Purgatoire S. Patrice.*
- VOLVNTII *ough: Douune:* { Ifanium Pro. *la pointe de S. Iean de*
Monagam: Armach. } *Foreland.*
} Dunum: *Douune.*
- EBLANI vbi { Eblana portus: *Dublin.*
Media tota, & } Bubinda, seu Libinius Fl. *Libny.*
Comit. Dublin, } Labderus: *fortè Kildare.*
& Kildar. } Macolicum quibusdam *Mark, aliis Molingar.*

BRIGANTES, seu Birgantes *Kilkenny*: } Birgus Fl. *le Barouu*.
Comitatus Regis, & Regina.

CORIVNDI pars *Caterlog*. } Rheba: nomen seruat in Castro ad
Birgum.

GAVCI, maritima } Onecla Fl. *Dore*.
Caterlog. } Modona: *Slane*.

MENAPII } Menapia: *Vexford*.
Vexford. } Hieron Pro. seu Sacrum: *la pointe de Karne*.

VODIÆ, seu VDIÆ *Tripary*: } Suirus Fl. *Shuuo*; aut *Seuer*.
Vwaterford: partes *Kilkenny* & *Lymmerik*. } Rhigia altera: *Lymmerik*.

LVCENI pars *Cork*. } Daurona Fl. *la More*. vrbs *Kork*.

VELABRI æstuaria } Notium Prom. *la pointe de Myssen*, ou de
Desmond. } *Biart*.

§. 2. *Minores Insula circa Albionem & Hiberniam. Pauca illiusmodi ab Antiquis detecta sunt; quoniam ad partem ferè Septentrionalem Albionis pertinebant, quæ à Romanis nunquam seruari potuit, ob incolarum feritatem. Nominantur vulgò apud probatos auctores, quas hîc proponimus.*

MONA: *Anglesey*, *Britannis Man*.

MONA altera *Plinio Menapia*: *Prol. Monæda*: *Bedæ Menauia*:
Man Anglis: *Britannis Menauu*: & *Mon-eitha*, hoc est *Mona* remotior.

EBVDÆ } ORIENTALIS: *Skie*.
Betorica } OCCIDENTALIS: *Leuues & Eust*, olim simul iunctæ.
Euonia; } MALEOS, seu MELLA: *Mulla*.
nunc Hy- } EPIDIVM: *Ila*.
brides, aut } RICNEA de quâ in *Robogdiis*: *Raclynes*.
Occidentales. } GLOTTA: *Arren*, & *Bute*, æstu fractæ, & diuisæ.
} IONA: *Sura*, vel *Kolomkil*.

ORCADES } POMONA: *Mainland*.
Iles d'Ork- } OCETIS: *Hoy*, vel *Hethy*.
nay. } DOMNA, seu DVMNA: *Faire*.

THYLE: *Scethland*, seu *Hethland*, nautis *Thylinsel*.